

ANTELOGIUM.

ITa est: Quot sunt capita, tot solent esse
sensus humanorum: Quod aptis hisce versiculis exprimere
amat Taubmannus, Witebergæ quondam suæ decus:

*Cuiq; suum caput est, ut pileus: approbat Hermes,
Improbat Hermogenes, nec votó vivitur uno.*

Testis hujus rei certissimus est, de in iuridicina nostra materie-
rú prælatione, præ eminentiaq; copia dissensionū & disputatio-
num, quas facili negotiô, si liceret, hîc annotare possem. Sed
quicquid alii sentiant, dicant, scribant, mihi, uti præ cæteris
divini illius Plutarchi effatis, semper profectò aureum illud ar-
risit, quod habet in lib. *ἐν παιδαγωγίᾳ*, & ita habet: *δύσκολα τὰ
καλά*, cum quo Ciceronis illud convenit: Quid præclarum,
non idem arduum? quæ rara & ardua sunt, ea ex præmio pul-
chra & jucunda hominibus: sic quoq; eæ præ cæteris placuerunt
materiæ, quæ constanter sedulum requirant enodatorem, nec
ita in vulgum vulgatæ, & cuivis adpareant, & sint obviæ, hoc
est, difficiles, raræ & arduæ. Sed fortean arrogantia & Philautiæ
hoc esse deputas? Noli, quælo: secus, multa peccabis. Utilitas
enim istarum materiæ me ad amorem singularem commo-
vet, & in Theorico, & in Practico Juris nostri studio abundan-
tissima: Instigat me illarum præclaritas, pulchritudo & jucun-
ditas, tot, tantisq; viris comprobata: Imò & cogit me ipsarum
difficultas, quæ nulla alia ratione, quam labore quotidiano vin-
ci poterit. Et hac quoq; de causa præsentis meæ inauguralis
dissertationis, nobilissimã TRANSMISSIONIS materiam
objectum constitui, quæ, si aliis asperis, confragrosis, salebrosis
& sub-difficilibus controversiis palmam non præripit, certè du-
biam facit, tum propter confusam & dispersam tractationem,
tum propter objectum ipsius nobilissimum, Plenariam quidem
ipsius enodationem hac vice non expectabis, Lector benevole,
si quidem ipsi obicem ponit, & ingenii mei tenuitas, & temporis
ad eam destinati angustia, sed certus CUM DEO, die alio, ut
itaq; Exercitium hocce *κριαρχία* indubiè sit futura futuri mei
A Labo-